

NEOBJAVLJENE ISPRAVE I AKTI XIII STOLJEĆA IZ DUBROVAČKOG ARHIVA

Dr Josip Lučić

III dio

U nastavku prepisujemo neobjavljene isprave i akte do 1290. godine.

Dok. br. 20. Sudski poziv od 27. srpnja 1280. vlastelinu Dobroslovu de Bodacia da u roku od godine dana uredi pitanje 7 unča zlata koje je odavno primio u entegu od svog brata Fuska. To je u stvari sudska presuda prema kojoj se Dobroslav mora u tom roku nagoditi s bratom. (Entega je oblik trgovačkog poslovanja u kojem pojedine osobe unose dio novca ili robe u brod radi dobiti.) Presudi je prethodilo 17. srpnja 1280. ispitivanje svjedoka. Oni su izjavili da je prije više od 30 godina Fusko dao Dobroslavu 7 unča zlata (manje 1/4 unče) za zajednički posao i dobit (ad lucrum cum consuetudine Ragusii). Dobroslav je sa svoje strane uložio 5 unča zlata (Dobroslaus posuit uncias auri quinque. Et omnes iste uncie fuerunt in entega cum consuetudine). Posao se uglavio u talijanskom gradu Trani (in Trano apud Sanctum Leonem).¹ Pri tom je jedan svjedok izjavio da mu je Dobroslav priznao — dok su bili na putu iz Apulije u Aleksandriju i iz Aleksandrije u Carigrad, u kojem je tada bio načelnik Gilius Quirinus — da je primio rečeni novac u entegu. Budući da je Gilius bio načelnik u Carigradu 1247. godine,² zaključujemo da su Dubrovčani tada bili u tom gradu. Doznajemo ujedno domet njihove trgovine: Italija — Levant — Carigrad. Prema tome je istinita tvrdnja da je Dobroslav radio s bratovim novcem preko 30 godina.

Dok. br. 21. U Dubrovniku se čuvao depozit (poklad) raškog župana Dese, sina kralja Vladislava (1234—1243) i Boleslave. Kad je 1281. god. Desa umro, raški kralj Dragutin pošalje predstavnike Kotora s punomoćju da uzmu depozit. Sačuvane su dvije isprave o tome. Jednu je objavio Smičiklas.³ U njoj je dodatak da je dubrovački kancelar Tomazin de Severe, u nazočnosti svjedoka, učinio prijepis punomoći kotorskih predstavnika. Druga, koju objavljujemo, bez tog je dodatka. To je izvornik

¹ G. Čremošnik, *Spisi dubrovačke kancelarije*, I, Zagreb 1951, br. 305.

² B. Krekić, *Dubrovnik (Raguse) et le Levant au moyen âge*, Paris 1961, 1970.

³ T. Smičiklas, *Codex diplomaticus regni Croatiae, Dalmatiae, Slavoniae*, VI. str. 388. (kratica: SCD).

što ga je napisao kotorski notar Trifun Petrov. Punomoć je u prvih pet redaka oštećena taninom i jedva čitljiva. Uništeni tekst može se rekonstruirati s pomoću prijepisa dubrovačkog kancelara.

Dok. br. 22. Dubrovački svećenik Petar, sin Bonakursov, daje 2. veljače 1284. svojoj sestri Beli neke vinograde na otoku Lopudu, vlasništvo crkve sv. Andrije iz grada, da ih posjeduje za njegova života. Isprava je važna utoliko što saznajemo da je pored samostana sv. Andrije de Pelago i drugih crkava posjede na Lopudu imala i crkva sv. Andrije iz Dubrovnika.

Dok. br. 23. Sudski poziv od 12. ožujka 1284. sukнару Pačomilu da vrati dug kreditorima za mjesec dana s obzirom na činjenicu da je davno prekoračio rok namire. Poziv je datiran »die XII marcii, indictione XII«. zato ga stavljamo u 1284. godinu, koju obuhvaća ta indikcija.

Dok. br. 24 — 26. Fragmenti bilježaka notara Tomazina de Savere. Zanimljivi su utoliko što upotpunjuju sliku imovnog stanja dubrovačkih pučana. Datirani su vremenom djelovanja Tomazina kao kancelara u Dubrovniku 1278—1286.

Dok. br. 27. i 28. Dubrovčani su oskudijevali žitom. Nabavljali su ga gotovo odasvud, a osobito iz južne Italije. Apulija je, naime, u srednjem vijeku bila evropsko tržište žitom. Godine 1254. dubrovačka vlada dopušta nekim svojim građanima da smiju dovesti iz Apulije u Dubrovnik žita koliko god hoće. Ako se ukaže potreba, smiju se čak nabaviti u Vigiliji dvije lađe za dovoz žita.⁴ God 1279. napuljski kralj Karlo I pristaje da se u Dubrovniku iskrca 100 salma žita, opet iz Apulije.⁵ Dana 7. lipnja 1283. na molbu dubrovačkog nadbiskupa Bonaventure kralj Karlo je odobrio izvoz 300 salma žita u Dubrovnik.⁶ Nastale su međutim, neke poteškoće, o kojima se govori u dok. br. 27, koji objavljujemo. Kad je trebalo provesti u djelo dopuštenje za izvoz žita u Dubrovnik, odgovorni kraljev službenik udaljen je iz službe, prije nego je primio naredbu o izvozu. Kralj je morao 20. srpnja uputiti novu naredbu, pri čemu je ponovio u cijelosti onu od 7. lipnja 1283. (koju je objavio Smičiklas). Ali ni ta naredba nije stigla službeniku, jer je on u međuvremenu umro. Kralj izdaje o istoj stvari još jednu naredbu 15. ožujka 1284. drugom preživjelom službeniku da je izvrši. O tom predmetu izdana je još tijekom 1284. godine još jedna isprava. Konačno, o čitavom tom postupku izdaje se isprava 1. veljače 1287, u kojoj je sve to ispričano. Jednu verziju te isprave objavio je Smičiklas.⁷ O tom uvozu 300 salma žita, koje je 15. travnja 1284. ukrcano u Bariju, a 22. travnja 1284. iskrcano u Dubrovniku, obaviještene su lučke vlasti u Bariju (dok. br. 28). Pored dok. br 27. postoji u arhivu i njegova kopija, u kojoj su nebitne varijante. Zato objavljujemo samo original.

Dok. br. 29. Mlečanin Ivo Doto opunomoćuje 17. ožujka 1288. svoje sugrađane Marina Trevisana i Jakoba Bocca, administratore Mlečanina Tome Amica u Dubrovniku, da utjeraju od dubrovačke općine 12 libra mletačkih velikih dinara (libras denariorum venetorum grossorum duodecim) i 4 solda velikih dinara (soldos quatuor denariorum grossorum).

⁴ SCD IV, 561—562.

⁵ SCD VI, 309.

⁶ SCD VI, 433—434.

⁷ SCD VI, 576—578.

Tu

POPIS DOKUMENATA

- 20) 1280, 27. srpnja. U Dubrovniku. — Kopija sudskog poziva Dobroslavu de Bodacia da u roku od godine dana uredi pitanje 7 unča zlata, koje je primio od svog brata Fuska u entegu
- 21) (1281, 1. srpnja). U Kotoru. — Punomoć općine Kotora svojim predstavnicima da mogu u Dubrovniku uzeti poklad župana Dese
- 22) 1284, 2. veljače. U Dubrovniku. — Svećenik Petar daruje svojoj sestri Beli vinograd crkve sv. Andrije na Lopudu na upotrebu
- 23) (1284) 12. ožujka. (U Dubrovniku.) — Poziv sukнару Pačomilu da plati dug.
- 24—26) (1278—1286. u Dubrovniku). — Fragmenti bilježaka kancelara Tomazina de Savere
- 27) 1287, 1. veljače. u Bariju. — Napuljski kralj Karlo I dopušta izvoz 300 salma žita iz Apulije u Dubrovnik. U ispravi su uklopljene i starije diplome o tom predmetu
- 28) 1287, 7. ožujka. u Bariju. — Obavijest da je 300 salma žita iz Barija stiglo u Dubrovnik
- 29) 1288, 17. ožujka. Rialto. — Mlečanin Ivan Doto traži naplatu od Dubrovačke općine za prodanih 1743 stara soli
- 30) (1288), 11. studenog. (Rialto). — Mletački dužd Ivan Dandolo ne želi poslati jednog ili dva svoja vijećnika dubrovačkom nadbiskupu Bonaventuri u Padovu
- 31) 1289, 25. veljače. U Padovi. — Gospoda Almota i Vicianus de Castranovo upisuju se u knjigu plemića grada Padove pod određenim uvjetima

20.

1280, 27. srpnja. U Dubrovniku. — *Kopija sudskog poziva Dobroslavu de Bodacia da u roku od godine dana uredi pitanje 7 unča zlata, koje je primio od svoga brata Fuska u entegu.*

1280, 27. juli. Ragusii. — *Dobrosslavus de Bodacia citatur ratione, septem unciarum auri, quas a fratre suo Fusco in entegam recepit, solvere.*

Exemplum cuiusdam litterae.

Marcus Geno comes Ragusii et jurati iudices eius, nobili et prudenti viro Dobrosclavo de Bodacia dilecto civi et fideli suo salutem et dilectionis affectum. Cum nobilis vir Fuscus Bincole frater tuus comparuerit coram nobis dicens quod ab ipso longo tempore elapso recepisti in entega uncias auri septem (m)inus quarta cum consuetudine Ragusii de quibus unciis ipse Fuscus asserit, quod ei nullam curasti facere rationem nec satisfactionem sibi aliquam facere voluisti. Prudenciam tuam requirimus, tibi districte precipiendo mandantes, quatenus infra unum annum postquam presentes tibi fuerint presentate, quem terminum pro primo, secundo et tercio termino tibi peremptorie assignamus, coram nobis per te vel per ydoneum procuratorem qui pro te respondeat et solvat si quid fuerit iudicatum, debeas comparere facturum dicto Fusco de predictis coram nostra presencia racionem. Sciendo pro certo quod si huius mandati nostri contemptor extiteris contra te et bona tua secundum formam statutorum nostrorum mediante iusticia procedemus. Datum Ragusii anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo, indictione octava, die vigesimo septimo intrante mense julii.

Na poledini: Exemplum littere misse Dobrosclavo de Bodacia.
Papir 22,5 x 9,5 cm.

21.

(1281, 1. srpnja). U Kotoru. — *Punomoć općine Kotora svojim predstavnicima da mogu uzeti u Dubrovniku poklad (depozit) župana Dese.*

(1281, 1. iulii). Cathari. — *Procuratio communis Cathari suis procuratoribus ut Ragusii depositum jupani Desae recipere possint.*

Salutifere incarnationis domini anno [mil]lesimo ducentesimo [octogesimo] primo, mense [iulii, primo die intrante]. Nos comune Catari consentimus Johanni [de Pribi], Nicolao Dabronis, Johanni [Gymanoi, Johanni] de Gille,

Marco Basilio et Medoscio Thome Dragonis, quos dominus rex noster Stephanus misit Ragusium ad recipiendum depositum quod reposuit zupanus Dese et mater eius. Unde nos dictum comune facimus nostros supradictos concives nostros syndicos et procuratores ad recipiendum dictum depositum per zupanum Dese et matrem suam in Ragusio positum. Et facimus cartam per manum nostri jurati notarii scriptam ad conservandum comune Ragusii, et homines eius indempnes a jupano Dese et matre eius et omni humana persona, super nos et omnia nostra bona. Et quicquid nostri supradicti syndici et procuratores fecerint in hoc pacto, promittimus et obligamus semper habere ratum et firmum. Actum est hoc in presentia testium, videlicet Petri de Calixto jurati iudicis, Bartholi Dobrascii, et Marci Gazunlani. Inter quos et ego presbiter Triphon Petri communis juratus notarius Catarensis manu propria complevi et roboravi utraque parte presente. (Signum notarile).

Pergamena 21 × 9,70 cm. Signatura: Prep 13, no 27.
Dokument djelomično uništen. Documentum partim deletum.

22.

1284, 2. veljače. U Dubrovniku. — Svećenik Petar daruje svojoj sestri Beli vinograd na otoku Lopudu, vlasništvo crkve sv. Andrije, na upotrebu.

1284, 2. februarii. Ragusii. — Presbyter Petrus suae sorori vineas ecclesiae Sancti Andreae in insula Dalafota in usumfructum donat.

In Christi nomine. Anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo quarto, indictione duodecima, die quarto intrante mense februarii. Ragusii. Coram vobis subscriptis testibus ego quidem presbiter Petrus, filius Bonacursii, do, trado et dono in vita mea pure, libere et simpliciter Belle sorori mee aliquas vineas ecclesie sancti Andree sitas in insula Dalafoda, promittens dicte sorori sue predictam donationem firmam et ratam habere et tenere et [non contradicere vel venire] per se vel per alium aliqua causa vel ingenio iure vel de facto. Hec autem carta nullo testimonio rumpi possit. Hii sunt testes: Michael de Cluno iuratus iudex. Et ego Johanes de Prodanello canonicus ragusinus iuratus notarius interfui testis et rogatus scripsi et roboravi. (Signum notarile).

Pergamena 12,2 × 8 cm. Isprava djelomično nečitljiva i izlizana. Documentum ex parte illegibile et contritum.

23.

(1284), 12 ožujka. (U Dubrovniku). — Poziv sukнару Pačomilu da plati dug.

(1284), 12 martii. (Ragusii). — Pacomillus zupparius citatur ratione solutionis debiti.

Johannes Georgio comes Ragusii et jurati iudices sui dilecto civi et fideli suo Pačomillo zuppario salutem et dilectionis affectum. Ex parte Stancij Subi et Johanis Dominche nostrorum civium et Nichole de Crossio qui est pro Furlano Basilio de Veneciis fuerunt coram nobis [praesentata] publica instrumenta continencia, quod eis es in certa quantitate pecunie obligatus, quam eis solvere in dudum elapsis terminis debuisti. Propter quod a nobis pecierunt ut eis providere de iusticia curaremus. Unde ad ipsorum petitionem tibi tenore presencium

precipiendo mandamus, quatenus infra unum mensem preterquam presentes littere tibi fuerint presentate, quem terminum pro primo, secundo et tercio tibi peremptorie assignamus, coram nobis debeas comparere prenominatis creditoribus, tuis vel eorum procuratoribus de iusticia responsurus. Alioquin contra te et bona tua secundum formam statuti mediante iusticia procedemus. Datum die XII marcii, indictione XII.

Papir 22,5 × 4,5 cm.

24 — 26.

(1278 — 1286. *U Dubrovniku*). — *Fragmenti bilježaka notara Tomazina de Savere*.

(1278 — 1268. *Ragusii*). — *Fragmenta notarii Thomasini de Savere*.

pancera I, arco I cum carcasse ... cupa una de argento, cuperte II et spate II bone.

Papir 8,5 × 5 cm.

Scribatur in libro veteri. Procurator (Grube = precrtano) Fuschi de filio Desine Adati. Item (aptagi uxoris = precrtano) Deschi. Item aptagi Stancii de Subbo. Item factum Mathei Baysclave (precrtano).

Papir 5,3 × 9 cm.

Fusca uxor condam Bogdanelli manifestavit per sacramentum quod habet res istas que fuerunt viri sui.

Coopertoria III, racne VII, lençoli VII, plumasie et nappe VII, cooperte I, mense II, capselle II, bancum I, duo paria de bisaçiiis, sclavine II, spate II bone et spate II veteres, pancera I, scuti V, malia et belteniçe et ferramenta V de vinea, arcus cum carcasio, napus I de argento qui est in pignore pro ypperperis VIII, bo(ta) I de vino de quinqvis XLVI, et bota I vini de quinqvis XVIII. Item in una tercia bota quinqvi XII de vino, et in denaris ypperperos II qui fuerunt de vino. Item bote VII inter vacuas et plenas.

Restitute sunt omnes res filio Bogdanelli.

Papir 15,5 × 12,8 cm.

27.

1287, 1. *veljaçe*. *U Bariju*. — *Napuljski kralj Karlo I dopušta izvoz 300 salma žita iz Apulije u Dubrovnik. U ispravi su uklopljene i starije diplome o tom predmetu*.

1287, 1. *februarii*. *Baroli*. — *Carolus I, rex Apuliae, 300 salmas frumenti ex Apulia Ragusium evehere permittit. In documento diplomata anteriora intercalata sunt*.

Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo ducesimo octogesimo septimo, dominante domino nostro Karolo magnifici principis Salernitani primogeniti (!) regnorum Jerusalemi et Sicilie, ducatus Apulie, principatuum Capue et Achaye, comitatum Andegaviensis, Provincie et Forcalgurenensis domino, eius dominii anno tercio, mensis februarii, primo die eiusdem, quintedecime indictionis, apud Barolum. Nos Nicolaus Cavasaccus, regalis Baroli

judex et subscripti testes litterati litterati (sic) de eadem terra ad hoc specialiter vocati et rogati presenti publico scripto fatemur quod comitus Matheus de Longis de Trano nuncius reverendi patris et domini fratris Bonaventure de ordine fratrum minorum miseracione divina archiepiscopi Ragusini ostendit nobis et publice legi fecit quasdam litteras nobilium et egregiorum virorum domini Lotterii Filangerri et domini Oddonis de Alneto militum et familiariorum domini principis, ac olim prepositorum portuum tocius Apulie notis et consuetis sigillis eorum in cera rubea munitas. Prudentibus viris Angelo de Pesquicio, Bartholomeo de dompna Cita et Andree de iudice Gaudio de Barolo statutis tunc ab eis de militibus super custodia portus Baroli dirrectas, quas litteras idem nuncius nomine proprio parte eiusdem domini archiepiscopi peccit a nobis nostrum super hoc officium implorando transcribi, authenticari et in publica forma redigi pro eo quod predicti domini archiepiscopi interesse dicebat. Nos autem ipsius petitionibus admissis utpote consentaneis rationi maxime quia nostrum non possumus nec debemus officium denegare et quia ipsas litteras vidimus non abolitas, non cancellatas nec in aliqua sui parte corruptas mandavimus notario Johani de Cristiano publico Baroli notario qui nobiscum presens erat ut ipsas litteras de verbo ad verbum nichil eis addito seu subtracto transcriberet, authenticaret et in publica forma redigeret, qui mandato nostro obtemperans predictas litteras de verbo ad verbum nichil in eis addito vel diminuto transcripsit, authenticavit et in presentem publicam formam redegit iuxta juris ordinem et morem exinde consuetum quarum litterarum tenor per omnia talis erat.

Prudentibus viris Angelo de Peschicio, Bartholomeo de dopna Cita et Andree de iudice Gaudio de Barolo statutis super custodia portuum eiusdem terre amicis eorum Lotterio Filangerio et Oddo de Alneto milites et familiares domini principis ac prepositi portuum tocius Apulie salutem et amorem sincerum. Ab excellentissimo domino principe sub utroque sigillo magno videlicet vicarie pendentis et parvo secreto suo litteras recepimus in hac forma: Karolus illustris Jerusalemensis et Sicilie regni primogenitus etc. Domino Lotterio Filangerio et domino Oddoni de Alneto statutis super custodia portuum Apulie dilectis familiaribus et devotis suis etc. Scire vos volumus quod secretario Apulie scribimus in hec verba. Karolus etc. secretario Apulie etc. dudum vobis ac olim Mauro Fezario de Ravello vestro in eisdem officiis socio litteras nostras sub utroque sigillo magno videlicet pendenti et parvo secreto munitas direximus in hec verba. Karolus illustris Jerusalemensis et Sicilie regni primogenitus etc. Landulfo de Auferio militi et Mauro Fezario de Ravello secretariis etc. dudum Laurencio Rufulo vestro in officio predecessori litteras nostras direximus in hec verba.

Karolus illustris Jerusalemensis et Sicilie regni primogenitus etc. Laurencio Rufulo de Ravello secreto etc. Cum venerabili patri archiepiscopo Ragusino ad petitionem illustris regine Servie karissime cognate nostre extrahendi de portu Baroli frumenti salmas trecentas ad salmam generalem ferendas ad predictam terram Ragusii per mare pro usu suo et familie eius licenciam duxerimus concedendam, devocioni tue precipimus quatenus recepto prius ab nuncio dicti archiepiscopi ydonea fideiussoria caucione, quod predicti frumenti quantitatem non alio quam ad predictam terram Ragusie deferat. Quoque de ipsius exoneratione a potestate vel rectore seu consulibus eiusdem terre in competenti termino sibi partem iuxta loci distanciam prefigendo, ydoneas sub sigillis eorum tibi deferat responsales. Deinde nuncium ipsum predictas salmas frumenti

trecentas de predicto portu Baroli cum aliquo vassello yodeneo et sufficienti, capacitate quantitatis eiusdem libere et sine aliquo jure exituro extrahere permittatis ferendas ad dictam terram Ragusie pro vita et sustentatione ipsius archiepiscopi et eius familie ut superius est expressum. Forma tamen super huiusmodi victualium extraccionibus tibi per regni curiam tradita in omnibus et per omnia inviolabiliter observata. Attencius provisurus ne pretextu presentium maior vel alia frumenti seu alia victualium vel legumminum quantitas de predicto portu Baroli in fraudem curie aliquatenus extraheatur sicut persone tue periculum et rerum dispendium desideras evitare. Datum Nicotere anno domini millesimo ducentesimo octogesimo tercio, die septimo iunii, undecime indictionis.

Verum quia ex parte prefati archiepiscopi Ragusini nobis nuper fuit expositum quod predictus Laurentius Rufulus prius fuit a predicto amotus officio quam prescriptas nostras litteras recepisset, et propterea littere ipse originales nostre fuerunt curie resignate quas iussimus lacerari, nolentes mandatum ipsum debita executione carere, devocioni vestre precipimus quatenus forma prescripta diligenter attenda et in omnibus observata ac si vobis directum fuisse studeatis efficaciter adimplere. Datum Nicotere anno domini millesimo ducentesimo octogesimo tercio, die vicesimo iulii, undecime indictionis.

Verum quia prius quam predictae littere vobis fuerunt assignate idem Maurus socius vester diem clausit extremum. Pro parte ipsius archiepiscopi ragusini fuit nobis humiliter supplicatum quod providere sibi super hoc benignius dignaremur. Nos autem nolentes predictum mandatum nostrum debita executione carere, cum littere ipse assignate fuerunt in nostra curia et etiam lacerate, devocioni vestre firmiter et expresse precipiendo mandamus quatenus prescripti ipsius mandati forma diligenter attenda est et in omnibus observata. Vos mandatum ipsum efficaciter adimplere curetis, non obstante mandato aliquo huic contrario vobis facto per quod presencium executio impediri valeat quomodo libet vel differri. Etiam si specialem et expressam ac de verbo ad verbum oporteret de verbo ad verbum oporteret (sic!) de ipso in presentibus fieri mentionem et de eo precipue continente clausulam infrascriptam volumus propterea et mandamus ut auctoritate quorumcumque mandatorum nostrorum nobis hactenus directorum vel dirigendorum in omnia victualia de quibuscumque portubus jurisdictionis nostre extrahi et extra regnum deferri per aliquos nulatenus promittatis preterquam pro serviciis curie specialiter de victualibus tam pro felici passagio quam ad insulam Malte pro munitione castri ipsius insule extrahendis et mittendis adque presens mandatum obstare nolumus quoquo modo. Et si mandata nostra vobis mittenda de extrahendis victualibus de portubus jurisdictionis nostre per aliquas privatas personas extra regnum ferendas de presenti mandato plenam et expressam facerent mencionem. Victualia ipsa per eos extrahi permittatis. Et quia necessaria causa subest presens mandatum exequi procuretis. Nos enim domino Loterio Filangerio et domino Oddoni de Alneto statutis super custodia portuum Apulie dilectis familiaribus et devotis nostris similes litteras destinamus ut eas in eo quod ad eorum spectat officium iuxta commissionis tenorem eis hoc facte a nostra curia fideliter exequantur. Datum Melfie per Bartholum etc, die quintodecimo marcii duodecime indictionis.

Quare devocioni vestre precipiendo mandamus quatenus predictas litteras nostras in eo quod ad nostrum spectat officium iuxta tenorem commissionis vobis a curia nostra facte executioni debite demandetis. Data Melfie per Bartholomeum de Capua juris civilis profexoris dilectum consiliarem et familiarem nostrum. Anno millesimo ducentesimo octogesimo quarto, die quintodecimo

marcii, duodecime indictionis. Ad cuius executionem mandati cupientes procedere reverenter nec ad id exequendum possimus personaliter interesse aliis serviciis curie occupati executionem ipsius vobis duximus pro parte curie commitendam. Providencie vestre ex Regni parte qua fungimur auctoritate mandantes quatenus forma predicta mandati diligenter attenda et in omnibus observata. Recepta prius a nuncio dicti archiepiscopi ydoneam fidejussoriam cautionem, quod frumentum ipsum ad predictam terram Ragusii deferat, et quod de exoneracione ipsius a potestate vel rectore seu consulibus in competenti termino sibi per vos iuxta loci distanciam prefigendo ydoneas sub sigilli eorum nobis deferat responsales, nuncium ipsum predictas salmas frumenti trecentas de predicto portu Baroli cum aliquo vassello ydoneo et sufficientis capacitatis quantitatem eiusdem extrahere permitatis forma commissionis nostre per nos vobis facte inviolabiliter observata. Attencius provisuri ne pretextu presencium maior vel alia frumenti seu alia victualium seu leguminum quantitas de predicto portu Baroli in fraudem curie aliquatenus extrahatur. Sicut personarum periculum et rerum suspendium cupitis evitare facientes fieri de executione presentis mandati nostri cum forma ipsius ad cautelam curie puplicum instrumentum et rescriptum nobis cum forma presencium die receptionis eorum per nostras litteras responsales, quas responsales nobis infra dies viginti a dato presentium in antea numerandis nobis sub pena unciarum auri decem destinare curetis. Quam penam si secus feceritis de vestro proprio parte curie exigi faciemus.

Datum Brundisii terciecdecime indictionis. Unde ad futuram memoriam et tam predictam nuncii petitionem quam eiusdem domini archiepiscopi cautelam presens publicum instrumentum exinde factum est per manus mei predicti Johannis de Cristiano publici Baroli notarii qui predictis interfui et ipsas litteras una cum predicto iudice et testium infrascriptorum vidi, legi et tenui, modo et forma prescriptis, signo meo solito signato sigillo et subscriptione predicti iudicis et infrascriptorum testium subscriptorum roboratum. Quod scripsi ego prefatus Johannes puplicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (Signum notarii).

- + Nicolaus iudex (signum).
- + Vitus de Dubbletto testatur (signum).
- + Matheus puplicus Baroli notarius testatur
- + Lucas de Castellano testatur
- + Petrus testatur presens qui de pagina

Pergamena 31 × 46 cm. Signatura: serija 76. Pečat utisnut. Sigillum impressum. U arhivu postoji i kopija s neznatnim varijacijama. In archivio etiam copia cum paucis variis lectionibus exstat.

28.

1287, 7. ožujka. U Bariju. — Obavijest da je 300 salma žita stiglo iz Barija u Dubrovnik.

1287, 7 martii. Baroli. — Notitia de 300 salmis frumenti Barolo Ragusium deportatis.

+ Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo ducentesimo octogesimo septimo, dominante domino nostro Karolo magnifico principe Salernitano, primogeniti regnorum Jerusalemi et Sicilie, ducatus Apulie, prin-

cipatum Capue et Achaye, comitatum Andegaviensis, Provincie et Forcalguensis domino, eius domini anno tercio, mensis marcii, septimo die eiusdem, quintedecime indictionis, apud Barulum. Nos Nicolaus Cavasaccus regalis Baroli iudex presente puplico scripto fatemur, quod suprascripto die reverendus pater et dominus frater Bonaventura de ordine fratrum minorum miseratione divina archiepiscopus Ragusinus ostendit nobis et publice legi fecit quasdam litteras magnifici viri domini Johannis Georgii comitis Ragusii noto et consueto sigillo ipsius in cera viridi munitas. Prudentibus viris Bartholo de dopna Cita, Angelo de Persguicio et Andree iudicis Gaudii statutis tunc de mandato curie supra custodia portus Baroli directas quas litteras idem dominus archiepiscopus peciit de nobis nostrum officium implorando transcribi, autenticari et in puplicam formam redigi pro eo quod sua interesse dicebat. Nos autem ipsius petitionibus admissis utpote consentaneis rationi maxime quia nostrum non possumus nec debemus officium denegare. Et quia litteras vidimus et legimus non abollitas, non abrasas, non cancellatas nec in aliqua sui parte corruptas mandavimus Johani de Cristiano puplico Baroli notario qui nobis cum presens erat ut ipsas litteras de verbo ad verbum nichil in eis addito seu ex eis suttracto transcriberet, autenticaret et in puplicam formam redigeret. Qui mandato nostro obtemperans predictas litteras de verbo ad verbum nichil in eis addito vel diminuto transcripsit, autenticavit et in presentem puplicam formam redegit iuxta juris ordinem et morem ex inde consuetum. Qarum litterarum tenor per omnia talis erat.

Nobilibus et prudentibus viris dominis Bartholo de dopna Cita, Angelo de Pesquicio et Andree iudicis Gaudii, prepositis portus Baroli amicis suis. Johannes Georgio comes Ragusii salutem prosperam et felicem. Presentium tenore noveritis quod Barsus de Clerico, mercator de Lucca, nuncius et procurator venerabilis patris fratris Bonaventure de ordine minorum archiepiscopi Ragusini cum una barca Johannis de Sansene vocata »Sanctus Nicolaus«, die decimo octavo, presente mense aprilis, huius duodecime indictionis applicuit Ragusium. Cum qua barca idem Barsus detulit ad generalem salman regni frumenti salmas trecentas concessas eidem domino archiepiscopo per dominum principem ad petitionem illustris regine Servie, cognate eiusdem domini principis pro usu eiusdem domini archiepiscopi sueque familie apud Ragusium deferendas. Quod frumentum totum exoneravit Ragusium; quam quantitatem frumenti predictam dictus Barsus extraxit de portu Baroli die quintodecimo eiusdem mensis aprilis et eiusdem duodecime indictionis sicut nostre littere continebant. Ad cuius Barsi petitionem ista curia quam unde cautelam presentes testimoniales litteras vobis mittimus nostro sigillo munitas. Datum Ragusii die vicesimo secundo aprilis, duodecime indictionis.

Unde ad futuram memoriam et predictam domini archiepiscopi petitionem pariter et cautelam presens puplicum instrumentum exinde factum est per manus mei predicti Johannis de Cristiano puplici Baroli notarii qui predictis interfui et ipsas litteras una cum predicto iudice et testibus infrascriptis vidi, legi et tenui modo et forma prescripta signo meo solito signato sigillo et subscriptione predicti iudicis et infrascriptorum testium subscripcionibus roboratum.

Quod scripsi ego idem Johannes de Cristiano puplicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. Quod autem superius abrasum est in sexta linea ubi legitur viri domini Johannis nemini

vertatur in dubium, quia per me predictum notarium abrasum extitit et emendatum quia erravi. (Signum notarile).

- + Nicolaus iudex (signum)
- + Goffridus filius Tollesani testatur (signum),
- + est Albertus testis bonitatis amicus
- + Jacobus de Paladino testatur +

Pergamena 21, x 31,2 cm. Signatura: Prep. 13 No 290.

Na poledini: Responsale di grani concessi in Puglia all' Arcivescovo di Ragusa. Pečat otrgnut. Sigillum deest.

29

1288, 17. ožujka. U Rialtu. — Mlečanin Ivo Doto traži naplatu od dubrovačke općine za prodanih 1743 stara soli.

1288, 17. martii. Rivoalti. — Johannes Doto Venetus, pro venditis stariis 1743 salis communi Ragusii pecuniam petit.

In nomine Dei eterni amen. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo ducentesimo octuagesimo octavo, mensis marcii, die quindodecimo exeunte, indictione prima, Rivoalti. Comittentes committo ego Johannes Doto de confinio sancti Nicolay vobis Marino Trevisano de confinio sancti Johannis Baptiste et Jacobo Bocco de confinio sancti Leonardi factoribus (u tekstu piše factoribus) Thome Amico in Ragusio de confinio sancti Johannis Decollati, ut amodo habeatis plenam virtutem et potestatem pro me et meo nomine inquirendo, interpellando advocatum inter dicta et precepta tollendi, placendi, respondendi et specialiter excutiendi a comune Ragusii libras denariorum venetorum grossorum duodecim et soldos quatuor denariorum grossorum quas mihi dare debet pro sale quod [ego] vendidi eidem comuni quod fuit staria mille septingenti quadraginta tres, que ascendit suprascriptas libras denariorum grossorum duodecim et soldos quatuor denariorum grossorum. Quod si forte Petrus Minio qui habuit meam commissionem ex tunc suprascriptam pecuniam a supradicto comune Ragusii excuserit eam similiter habeatis plenam virtutem et potestatem excuciendi ab ipso supradictam pecuniam. Et securitatis cartam faciendi tam supradicto comuni Ragusii quam supradicto Petro Minio a quocumque ipsorum excuseritis sicut egomet facere possem, et deberem. Quod si dictus Petrus excussit vel non excussit ipsa commissio quam ei fecit nichil valeat. Et qualemcumque securitatis cartam inde feceritis a me meisque heredibus firmum sit in perpetuum. Si igitur contra hanc commissionis cartam ire temptavero tunc emendare debeat cum meis heredibus vobis et vestris heredibus et cuicumque vel quibuscumque secundum cartam inde feceritis vestris ac illorum heredibus et successoribus auri libras quinque, et hec commissionis carta in sua firmitate permaneat. Signum suprascripti Johannis Doto qui hec rogavit fieri.

- + Ego Laçarus de Stiaponte presbiter testis
- + Ego Nascibene dyaconus sancti Pantaleonis, testis
- + Ego Paulus presbiter sancti Johannis de Rivoalto et notarius complevi et roboravi (Signum notarile).

Na poledini: Giovanni Doto di Venezia manda procuratori a Ragusa per l'incapo di suoi crediti a titolo sale.

Pergamena 13 x 18,2 cm. Signatura No 293

30.

(1288), 11. studenog. (U Rialtu). — Mletački dužd Ivan Dandolo ne želi poslati jednog ili dvojicu svojih vijećnika dubrovačkom nadbiskupu Bonaventuri u Padovu.

(1288), 11 novembris. (Rivoalti). — Johannes Dandolo, dux Venetiarum de non mittendo unum vel duos consiliarios Paduam ad petitum Bonaventurae archiepiscopi Ragusini.

Johanes Danduli Dei gracia Venecie, Dalmacie atque Chrovacie dux, dominus quarte partis et dimidii tocius imperii Romanie. Venerabili in Christo patri fratri Bonaventure de ordine minorum, archiepiscopo Ragusino salutem et dilectionis affectum. Receptis et inspectis litteris vestris de missione unius vel duorum consiliariorum nostrorum ad vos Paduam facientibus mencionem paternitati vestre harum serie respondemus, quod nobis non videtur ad tempus de modo. Datum in nostro ducali palacio die XI novembris, secunde indictionis.

Na poledini (starijom rukom): Venerabili in Christo patri fratri Bonaventure Archiepiscopo Ragusino. (Mlađom rukom): Giovanni Dandolo a Bonaventura arcivescovo di Ragusa su certa missione a Padua di due consiglieri Veneziani.

Pergamena 24,5 x 14 cm. Signatura: Prep 13, No 304. Pečat otrgnut. Sigillum deest.

31.

1289, 25. veljače. U Padovi. — Gospođa Almota i Vicianus de Castranovo upisuju se u knjigu plemića grada Padove pod određenim uvjetima.

1289, 25 februarii. Paduae. — Domina Almota et Vicianus de Castranovo in libro nobilium Paduae sub certis condicionibus inscribuntur.

In nomine Dei eterni. Anno eiusdem Nativitatis millesimo ducesimo octuagesimo nono, indictione secunda, die quarto exeunte februarii, Paduae, In comuni palacio ad discum sigili presentibus Leonardo notario filio Petri Teçarroni, Gulielmo notario filio Blaxii de Çensano et Johane notario filio magistri Petri de Silvestro omnibus notariis sigilli et aliis. C. Reperitur in libro Reformationis consilii maioris comunis Padue factarum in currentis quatuor mensibus regiminis nobilis viri domini Otolini de Mandello Paduae potestatis infrascriptam Reformationem vivam et non cancellatam in hunc modum scriptam factam sub dicto millesimo et die. In Reformatione Maioris consilii in quo fuerunt quadringenti et viginti duo consilarii facto partito per dominum Petrum ad buxulos cum ballotis de dicto Dominici Salvatici secundum forman statuti placuit maiori parti ipsius consilii et extitit reformatum, quod domina Almota quod domina Almota (sic) et dominus Vicianus de Castranovo sint et ponantur in libro nobilium, magnatum vel potentum. Et subiacent penis maleablatarum nisi fecerint hinc ad quindecim dies venturos quod monasterium de Candiana satisfaciatur ei de jure suo secundum forman suorum instrumentorum et juris sui. Et quod domini Prato similiter eius cognati sint et intelligantur nobilles et potentes in villa Candiane et subiaceant penis male-

ablatorum nisi fecerint sibi hinc ad quindecim dies secundum formam suorum instrumentorum et juris sui.

+ *Ego Telebaldus quondam Alberti sacri palatii notarius prout reperi in dicto libro bona fide scripsi.*

Na poledini. Condizioni sotto le quali la Signora Almota col signor Vicianus di Castelnuovo sono iscritti nel libro dei magnati di Padova.

Pergamena 14,3 x 19 cm. Signatura: Prep 13, No 300.

Nastavit če se.